

Artes 17.

Cinn. Mscr. 1.  
Artes 17

Das vorliegende Werk ist aus der Bibliothek des Herrn Erzbischof Carl August (Feulinger Beiträge Bd. I 858 Num.) in die des Fomkapitels übergegangen.

Zu den 58 (nummerierten) Federkopien (Originale im Fürstengang Freising), von Kupferstecher Maaz Joh. Nep. in München gezeichnet, ist noch eine 59 hinzugekommen, ohne Zweifel auch aus seiner Feder.

Zum Text vgl. Heckenstaller Freising 200 (395i), wo auch die Wappen (Ftg Beitr. II 564r); vgl. Heckenst. Freis 57 (365i).

Domkapitel  
München.

*Cim Meer 1*

1861  
10 Feb.

1861  
10 Feb.

S. CORBINIANUS, I.<sup>MUS.</sup>



EPUS FRISING.



Natione Gallus Patre Waldekiso, et matre Corbiniana, nobili Sanguine natus, utpote Consanguineus S. Bonifacii Germaniae Apostoli et Archi Episcopi Moguntini, qui regio Anglorum Sanguine ortus erat, accepto à S. Gregorio. 2<sup>do</sup> P.P. Pallio, et Apostolatu Frisingam Veniens prima Episcopatus fundamenta iecit. A<sup>o</sup> Chri. 716 dum Ecclesiam S. Benedicto erigit, et antiquissimum Sacellum ab A<sup>o</sup> 444. B. Virginis. Mariae, iam dicatum, in ampliorem formam, et omnium aliarum Ecclesiarum matrem redigit, eamq; in dicta B<sup>na</sup> Virginis Merito S. Valentini et Zenonis honorem Consecrat, adiuncto fratribus suis, cum quibus regulam S. Benedicti profitebatur, monasterio, ubi Continuas Deo laudes decantarent. Consecravit quoque Ecclesias unam S. Stephano in monte Tetmos, nunc Weihenstephan, alteram S. Georgio in montem dictam, hodie Parochialem Civitatis, et tertiam in honorem S. Valentini in Albenhausen prope Frisingam Montem quo Ecclesiam edificavit à Grimoaldo Duce bona in Tyroli Majas Chorzes et Camina dicta .900. aureis à Pipino Heristallo sibi donatis obtinuit, Rexit annis 14, et cum per fratrem suum Erimbertum liberam eligendi Episcopi facultatem familiae suae à Pipino Rege inpetraisset, obiit. 8.bris. A. 730. Sepultus in crypta Ecclesiae Cathedralis, de cuius Miraculis, quibus in vita, et post mortem Claruit Videatur Surius.

Fam. h. v. l.

ERIMBERTUS, II<sup>cl</sup> EPUS. FRISING.



S. Corbimani Frater, et Successor ei idem Gallus, qui pietate sua eo adiacentium hominum animos commovit ut Ecclesia a Fratre suo erecta, ingentia ob multa eidem collata dona. Jumpsit incrementa. inter quae notabiliora Commemorantur Zolling a Moatberto nobili viro Ad. 747. Haslach ab Otone itidem nobili: et Helfendorff a Viro Ortlieb dicto, Ecclesiae Frisingensi donata. Alia dictae Ecclesiae bona oblata sunt in Tullingen, et dirnzhausen. consecravit Ecclesias in Tegernsee, et Biberpach, et Helfendorff locum Martyrio S. Emmerani illustrem. Resxit annis. 19. obiit. a. Januarij Ad. 760. Sepultus ad altare S. Mathaei in Ecclesia Cathedrali.

BEATUS IOSEHUS. III<sup>US</sup>.



EPUS FRISING.



*Joani depp: Maag delincent.*  
 Veronensis eligitur in Episcopum, Ad. 750 mense Martio. vir Sanctitate Ante cætoribus neququam minor. sub quo Ecclesia Frisingensis multis bonis adaucta in optimum Statum posita fuit. inter dona præcipue recensentur Erching, et Dieltbach. memorabile de ultimo hæc habetur, quod ab Haholdo nobili de Pietlbach graviter decumbente Ecclesia: ita suaclente Episcopo Iosepho: ibi ædificata; et omnibus bonis suis hac tamen Clausulâ dotata fuerit, ut post mortem Filij sui Arnonis primum omnia dictæ Ecclesiæ ipse titulus Ecclesiæ vero B: V: Maria Frisingæ cederet; Haholdo reconvallescente, et Iosepho Isana esistente ipse Arno à Patre suo B: V: Maria cum omni Hereditate donatus est. Ad. 758. qui in familiam assumptus Successu temporis, et Succrescentibus meritis in Episcopum, et demum primum Sedis Salisburgensis Archi Episcopum electus est. Accipit etiam dona de lucis, Eberadi Wolfertshausen, et Scarantia, quorum vltimum prima sedes monasterij, postmodum in Schledorf translata extitit. Consecravit Ecclesias Isen, Pietlbach, Wirm, Tuelbach, Abmsbach, et Luttenwang, vbiuis certis bonis ob Consecrationis actum donatus, Obijt. 17. Januarij Ad. 764. postquam Sedit annos 15. menses 11. Sepultus in Ecclesia S. Zenonis in Isen, quam in Collegiatam à Fundamentis erexit.

ARIBO.

III<sup>tus</sup>.



EPUS. FRISING.



*Tyrolensis precibus S. Corbiniani in iuventute miraculose à morte preservatus, B. Josephi antecessoris sui Archi presbiteri et Ad. 763. S. Petri in Scarantia positus Abbas, tandem Ad. 764. mense martio in Episcopum huius Sedis Eligitur, quam corpore S. Corbiniani sua industria de loco Maias Frisingam translato beavit, Ad. 770. eisdem vitam et miracula pari solertia nobis conscripta reliquit. Prudentiam huius Præsulis esse eo Colliagas, quod Tasilo eum et S. Virgilij Salisburgensis Episcopi in arduis Omnibus consilio uti Consueverit. Interfuit quoque celebri Synodo Dingolfinganae magno rei Christiane commodo Ad. 772. habitae. Dicitam sub se vidit Ecclesiam suam multis bonis, quae inter alia primum merentur locum Schweinbach et Scheftlarn Ad. 773, et 78. Ecclesia donata, reliqua praedia in varijs locis dispersa enumerare longum, et supervacaneum esset. Sequentes Consecravit Ecclesias, Schwindach, Inzemos, Kronacker, Roth, Germerswang, Buelach, Biburg, Azling, Haslbach, Vils, Peittenbach, Holzhausen, Obenhausen, Truthering, et multas alias, quarum principales Schledorf Ad. 779. quo ante sese annos Monasterium Scarantiense translatum est, et Schliersee Ad. 780. locatum Frisingensi Ecclesiae incorporata Resit annis 18, mensibus 2, Obijt. 4. May. Ad. 782. Sepultus ad altare S. Mathaei,*

ATTO, V. <sup>tus.</sup>



EPUS FRISING.



*Nobilis Bavarus de Kienperg ab Aribone Episcopo Monasterio Scarantiensi Abbas proficitur Ad. 764. ad Edificationem Monasterij à Tafilone obtinet locum Intica hodie Inching in Pusterrstall. Ad. 770. translatus postea Ad. 773. una cum Monasterio: ita suadente Aribone: ad locum Schledorff: quo et propria sua in Kienperg donavit, et multa alia inique detenta recuperavit: eligitur post Aribonis decessum in Antistitem Ecclesie mense Junio Ad. 782. cui magna præsuit Utilitate, dum multas Ecclesias ab Episcopatu abstractas per Sententiam presertim contra monasterium in chiemsée. Ad. 803. et Meginhardum Abbatem in Tegernsée Ad. 804. una cum decimis obtinuit. Insuper sequentes Ecclesie Dorffen, Allmunding et Teuttenhofen eum decimis ei donatae sunt. Ad. 810. Similiter Röltzbach, Vils, Pülheim et Biburg. Archiepiscopus Burgrain vero et tertiam partem in Eitting, ubi reliquas binas iam possidebat. Ad. 811. Ecclesie suae commutando acquisivit. interfuit quoque Synodo Provinciali in Reibach, Ad. 799. celebrata, ubi bona Ecclesiastica et decimae in quatuor partes divisa: una Episcopo, altera Parocho, reliquae pauperibus, et templorum Refectioni assignatae fuerunt. interfuit etiam Synodo Salisburgensi Ad. 807. Pietatem huius Prasulis insignem Deus manifestavit miraculo, dum Frisinga Munis bovariam devastantibus Oculis eorum quantumvis operis celata, miraculose per eius preces conservata fuit. Ad. 788. Consecravit Röltzbach, Haindlfing, holzen, hippach, Mozach, aliasq; plures Ecclesias. Rexit an: 28, mens: 3. Obijt Ad. 810. 27. Febris. Sepultus ad Altare. S: Mathaei.*

HITTO. VI.



EPUS. FRISING.



*Joan. Nepos. Maag. delinavit.*

Bavarus ex familia nobilium de möringen in hopferbach, eligitur in Episcopum Ad. 810. mense novembri. vir doctrina et zelo animarum insignis, qui translationem S. Biblie in multis locis corruptam pro Virili Correscit. et Episcopatum suum annuatim Obivit, propria sua in Haholshausen, ubi Ecclesiam in formam maiorem redactam Consecravit, et dotavit. Ad. 818. Alia quoque in Vita Sua Coempta prædia in Arling, et Holzen ea Conditione Ecclesie Suae reliquit, ut nepoti suo Erchamberto ad dies Vitæ eorum Usus fructus Concederetur. Ad. 825. Inter alia que sub eius Regimine Ecclesie donata sunt, primum sibi Vendicant Locum Masdrain, et heglingen à Podalune nobili de Masdrain Hitoni Ad. 824. donata, eius Sacellum Consecravit. item coemit Hitto Ismaning, Holzhausen, et Allertshausen. Scellum à S.º Corbiniano in honorem S. Stephani Consecratum in collegiam Ecclesiam Erexit. Ad. 830. et Sex Canonicus cum Præposito, eo posuit. Comparuit etiam Hitto noster Aquisgrani à Ludovico Imperatore citatus Ad. 820. Ante finem suum Ad. 834. Romam quoque profectus à Gregorio 4.º P.P. benigne susceptus, præter multas alias Reliquias Corpora S. Alexandri primi P.P. et Iustini Martyrum reportavit Ad. 834. 10. Decembris, postquam præfuit an. 24. Mens. i. Sepultus in Crypta.

Hitto.

et dotavit. Cathedrali Suae donavit  
Arling et Arling


**ERCHAMBERTUS. VII. EPUS. FRISINGENS.**



*Ex eadem familia Ortus. et Hittonis esse fratre nepos eligitur in Episcopum. 29. Ianuarij. 838. prudentiâ sua et piatate Principibus Carus. potus. et cibi parcissimus et castitate. quam ad Extremum Vitæ Servavit. multum Comendatus. Cuius Ausilio plura monasteria sunt ædificata. et propria Ecclesia multis aucta donationibus præcipue sunt frequentes: Tagolfing. Ramersdorff. et humpenheim a Ratoldo nobili Aº. 829. Strasbach a Presbytero Kerhoh. Germershausen a Strempredt etiam Presbytero Aº. 842. et territorium cum frixoria Salis in hall ab Engilhardo Ecclesie frisingi Aº. 846. et Gunterdorffa Tatone nobili viro ad monasterium Sti. Viti oblata. lites plurimas feliciter finijt. dum antiquas donationes vel per Sententiam sibi ad iudicari. vel ultro ab Heredibus confirmari officit. Postulatus Aº. 840. in abbatem Campidonensem monasterio tredecim Ecclesia vero Frisingensi. 19. fere annis magna Utilitate profuit. Obijt ii. Ianuarij Aº. 859. Sepultus in capella S. Petri. quam in monte ipse construxit. ubi sepulchrum eius multis Beneficij ad huc Claret.*

ANNO.

VIII.



EPUS: FRISING.



Comes de Thaur de loco hall prope Inprug Oriundus, dum Frisingæ turbida res agebatur, ut liber traditionum habet. Eligitur a plebe  
 Ad: 874. 3<sup>to</sup> martij. hic Aulam primitus exiguam auxit, et Ecclesiam suam propijs, et avitis bonis in hall et Run insigniter dotavit, quibus  
 Nepos eius etiam Anno dictus sua quoque in hall. adiecit. Ad: 878. Richo Comes visitatus ab Annone in Schrobenshausen, omnia que ibi et  
 in Egentofen possedit. Ad: 887. Marcho sacerdos sylvam magnam in Zielshausen Ad: 860. Per Kund femina propria sua in Rorbach, Rudol-  
 fing et multa cis Culminos montes Ad: 870. et Waltberg Comes bona sua in monte ritano in loco Bayrn Jita Ad: 878: Ecclie Frising: sub  
 Annone Episcopo donarunt. Insuper Tato nobilis ad monasterium s: Viti obtulit Guntersdorff, et cum hac sit prima mentio huius mo-  
 nasterij, probabile est ab Annone fuisse Eredum. vel Omnio Benedictinos de Cathedrati eo translatos: in iudicio Aiblingæ habito Contra  
 Odascalum Tridenti vineas ad Bauzanum obtinuit. Ad: 888. multas honorum Comitum ones fecit, et postquam Sedit anno: 21. mens: 7.  
 dies: 6. Obijt 9. octobris. Ad: 878. Sepultus ad altare s: Mathai.

ARNULPHUS. IX. <sup>us.</sup>  EPUS: FRISING.:



Erat Bavarus nobilis de Erphenprun, eligitur in Episcopum 4<sup>to</sup> novbris A<sup>o</sup>: 875. Vir doctrina et pietate Celebris, quo tamen omnium in se rapuit animos, fuit Ingens Zelus promovendi Cultum Dei, et salutem Ovirum suarum. Ecclesiam Cathedralem in maiorem erexit formam, et quamvis sub eius regimine de nullis Constet donationibus, tamen Comutationibus Ecclesie suae Utilitatem multum promovisse Certum est. Ex libero traditionum colligitur, hunc Ultimam fuisse, qui Regulam: of: Benedicti professus est, Sedit annos 7. menses 10. dies 17. Obijt 21 mense Septembris, A<sup>o</sup>: 883.

WALTO. X.



EPUS: FRISING.



Ex Comitibus de Hohenloe Suevus, eligitur 19. Octob: A<sup>o</sup>: 885. sub cuius regimine nempe A<sup>o</sup>: 884. Frisinga cum multis Reliquis, documentis, et ornamentis a Zwentibaldo Moravia Duce incendio penitus deleta est. ad cuius restorationem multa dona et privilegia obtinuit. nempe ab Arnulpho Imperatore A<sup>o</sup>: 891. Capellam cum decimis et proprietatibus suis in Carinthia prope Liburniam, quae hodie Lurnfeld dicitur. sitam, et a Zacharia Papa amore Pipini regis Consecratam: protectionem disponendi de Rebus a se ad monasterium Mospurg donatis A<sup>o</sup>: 895. et privilegium, ne Vectigal seu mutha ratione Salis Frisingam vehendi unquam solvi debeat. A<sup>o</sup>: 898. Ludovico Rege, qui Waltonis disciplina Septennis a Conventu Principum Torcheimij habito traditus fuerat. curtem regiam Veringen A<sup>o</sup>: 902. et renovationem privilegij de Episcopo ex familia libere eligendo A<sup>o</sup>: 906. a nobilibus multa praecia in Mauru, humblen, Isengau, Geiselhöring, Kising, Prun, Tagolfing, Dorfacker, alij 193. inter fuit Conventui Episcoporum ab Arnulpho Imperatore Tiburiae prope Moguntiam celebrato. A<sup>o</sup>: 895. Resxit laudabilissime Annis 22. mensibus. 7. Obijt 18. may A<sup>o</sup>: 906.

OTTO. XI. <sup>mus.</sup>



EPUS. FRISING.



Alias Otto comes de Andechs Bavarus mortuo Waltone eligitur in Episcopum Ad: 906. mense Iunio, ob magnam pietatem suam dignus longiori vita. quam in expeditione Ludovici Romanorum Regis, et Leopoldi Ducis contra Ungaros, una cum Dietmaro Archi Episcopo Salisburgensi, et Zacharia Episcopo Praxinensi qui omnes zelo fidei interfuerunt, amisit. et Palma martirij insignitus meliori commutavit. Dignus pro-inqui beatis annumeretur, prout de Dietmaro Archi Episcopo Factum esse Constat: Hundius Vtonem nostrum ante Confirmationem Obijisse scribit, Diem obitus Cronica frisingensis ponit 20 Iunij Ad: 907. presuit itaqz anno 1. Ioannes Freiburger illum Frisinga Sepultum esse scribit, quod ex eo Credibile apparet, cum Dietmaro quoqz Salisburgi Sepultus, et eius Reliquia Ad: 1602. reperta publico Cultui exposita fuerint.

DRACOLPHUS. XII.  EPUS: FRISING.



*De humblen, ex Comitibus de Mosburg Bavarus eligitur A<sup>o</sup> 907. mense Septembri, pessime resit Ecclesiam, dum Cathedrali, et tribus alijs Ecclesijs in Mospurg, Isen, et Schöftlarn 400 talenta auri et argenti subtraxit, et ut Cronica manuscripta habeat, omnia quae Arnulphus malus in Ecclesia Mosburg non abstulit, consumpsit. Sub eo Chori Episcopum Chunanem Abbatia in Mospurg cessisse eamque Ecclesie Frisingensi obvenisse. econtra Dracolphum quadam bona dicto Chunoni A<sup>o</sup> 908. contulisse, ex libro traditionum habetur. postquam Sedit, et oves suas tepide curavit annos 18. menses 8. cum dimidio submersus est danubio ad locum Pogen, in die St. Urbani 25 majj A<sup>o</sup> 926.*

WOLFRAMUS XIII.  EPUS. FRISING.



*Joan Nepo: Maag. Del. 1772.*  
 Nobilis de Berckhausen Bavarus, dum inter Canonicos magna inimicitia orta erant, votis in tres equaliter dispersis, eligitur ex Aula imperatoria, ubi morabatur, in Episcopum. 10 Decembris A<sup>o</sup>. 926. et. A<sup>o</sup>. 927. a Joanne X. P.P. Confirmatur Res, staurator eorum, quae Antecessor dilapida verat. Arcem suam in Perckhausen cum pertinentijs suis ad Altare s<sup>i</sup>. Pancratij incrypta donat, fundatq<sup>ue</sup> Aniversarium sibi Cononicis Annua Distributionem, et plures Missas, sub eo Arnulphus Pavarica Dux multa bona ablata restituit, et Bertoldum Ducem, ut id ipsum in Tyroli faciat, admonet, qui Ecclesiae bona in Maias, Orzes et camina reddi iubet, Henrico Imperatore Omnia Confirmante A<sup>o</sup>. 931. Per nobilium donationes obtinet bona in Rehbach Schmidheimb Schahenhoven. Hörgerishausen et Pilingstörff. interfuit conventui Dingolsingano A<sup>o</sup>. 932. ab Arnulpho Duce instituto. Resxit annis ii. mens. 7. Obiit ii. July A<sup>o</sup>. 938. Sepultus in Ecclesia cathedralli.

S: LANTPERTUS, IX. EPUS, FRISING.




*Joan. Nepo. Maag. del. Frisinge. 1772.*  
 Patre Sighardo Comite de Sempt, et Ebersperg: Matre gotina aō: 891. natus, Certis diebus, dum Infans est, lacte abstinet, quo tres caeci visum recuperant. Eligitur in Episcopum huius Sedis aō: 958. 28. Aug: Co sedente. dum humi contra Ottone I. Imperatorem movent. Austriam et Bavariam misere deprædantur, et aō: 955. Frisingam igne et ferro evertunt. Mons ubi Cathedralis Ecclesia Cernitur, Solus cum omnibus ædificiis præcibus S: Lantperti Conservatur, nebula montem cingente, et Nunis ad Sextum usq; diem Ecclesiam Videre non Valentibus, qui brevi post ab Imperatore propè Augustam acie et precibus S: Udalrici Victi. Crudelitatis suæ pœnas de derunt. Ebersperg Episcopi nostri Patria simili modo Conservatum fuisse legitur Donationes de Mospurg, et Foringen Lantperto confirmavit Otto Imperator, et Nobiles bona quædam in Berckhofen Ecclesie Frisingensi donarunt. Annuas Missas fundando. Interfuit Comit̃s ab Ottone primo Augustæ Celebritatis, et Subseribit. aō: 952. et ab eodem regalibus aō: 954. insignitus primus S. R. I. Princeps effigitur. Tandem aō: 955. 18. Septemb: ætatis suæ 64. meritis plenus Obijt, et ad felicem Æternitatem abiit. Postquam Sanctissime præfuit annis 17. diebus 21. Sepultus in Cathedrali ubi parentes eius, et nepos Adalbero, qui monasterium Ebersperg fundavit, cum Coniuge Suintgarde Resurrectionem quoque Expectant.

ABRAHAM, XV.  EPUS, FRISING.



*Joan. Kopp. Maag del. a. 1773.*  
 Dux Carinthiae ex familia Comitum de Görz, electus a. 955. mense novembri, mire Ecclesiae suae Cathedralis profuit, dum eam Ornamentis nova Capella S. Thomae dedicata: altera versus meridiem sita, et altera edificata turri decoravit, et quotidianam Missam in dicta Capella, ubi sepulturam sibi elegerat, fundavit Cultum Dei egregie promovit, dum singulis horis canonicis imo ipse examini Ordinandorum interfuit, et plures parochiales Ecclesias proprijs Sumptibus erigendo adjuvit, ab Ottone I. Imperatore ad dies vitae Abrahamo donatur Gudaga in Tyroli ubi post obitum eius Collegiata S. Candidi Intica Obveniat a. 972. ipsa Ecclesia Inching Abrahamo restituitur ab Ottone II. a. 974. et eodem Anno a dicto Imperatore donatur Dynastia Lack in Carniola gravia quoque sustinere coactus est, dum Henricum rixosum Ratisbonae in regem vsait, nam ab Ottone II. ambo citati, Episcopus Corbeiam, Dux Ingelheimium relegati sunt. Abraham vero in Carinthiam secedit, ibi erigit Collegiatam in Werlensee reservat Cathedrali suae ius nominandi praepositos, et tum iunctis cum Henrico Carinthiae Duce copijs redit, et adjuvante Henrico rixoso Frisingam perlingit, ubi brevi post ab Udalrico Comite de Sempt Copijs Caesareis post aliquam resistentiam capitur, et Treverim cum ambobus Ducibus in exilium mittitur, mortuo Ottone II. redit Frisingam, et ab Ottone III. donationes de Lack, et Intica factas confirmari impetrat, Sedit Annis 27. et Obijt 7. Junij a. 992.

GOTESCALCUS. XVI.  EPUS. FRISING.



Joan Nepo: Maag del. a. 1772.

Nobilis de Hagenau Bavarus, electus a. 992. prima Septemb: ab Ottone III. Imperatore obtinet 6. regales huobas in Ulmerfelden, loco prædioli cuiusdam prope Crembs Imperatori concessi a. 995. Item Otto donat Ecclesie Neuhöfen et 20. huobas ad Opsam fluvium a. 996. eodemque Anno concedit Gotescalco ius eudenciae Monetae. Thelonium et Mercatum quodiduanum in civitate sua habendum. mire facundus erat, dum Henricum Imperatorem movit, ut hacilonem francorum Marchionem in Vinculis diu detentum dimitteret. Hic Henricus donavit Gotescalco Scradisca et magnum districtum in Carniola ad dies Vita, et ut postea Capitulo obveniant a. 1002. caratione ad dies Vita nempe concessit Episcopo hezingen, abaque bona, post mortem fratribus Sti. Stephani et Sti. Viti applicanda a. 1003. Eius tempore cum ab Episcopo, et Capitulo præbendæ conferretur, statutum factum, ut nullus Fratrum alio Cononiatu frui possit, sublatum postea a. 1655. Tanta tum erat Canonieorum Unio, ut nullus sibi quid proprij asereret. Sed de Comuni Singuli Viverent. Postquam sedit Gotescalcus annos 12. Menses, 8. dies Sese. et prædio in Eisenhofen Aniversarium fundavit, obiit. 6. May a. 1005. notandum esse 20. huobis ad Ipsam sitis successive Baijrisch Waid hofen Dijnastiam factam esse.

EGILBERTUS XVII<sup>us</sup> EPUS FRISING<sup>ensis</sup>



*Comes de Mospurg Bavarus et Cancellarius Sti. Henrici Imperatoris Eligitur, 1005. mense Julio. Fundator Monasterij in weidensstephan, quo Benedictinos ad St. Vitum tum Viventes posuit Translatis Praeposito, et Canonicis ad montem St. Viti Ad: 1020. Anno sequenti St. Henricus fundationi partem Insulae Suscengang dictae ad didit, cuius loco Episcopus Monasterio praedium in hagelhausen dedit. St. Cunegundis sub hoc Episcopo donavit Ecclesiae Frisingensi Rantershofen, hoelperbach, Ostermunden, et Veltkirchen, cum Ecclesijs, et decimis, et foresto Weilhard, insuper bona sua in hall cum Salinis et Sartaginibus, e contra ad dies Vitae accepit Eben, Burgrain, Dorffen, et Tegernwang. St. Henricus quoque Oberwelz, et Sinta: forte idem ad Catscha: Egilberto Bambergae, dum ibi fundationem Ecclesiae sub scripsit, donavit, Ad: 1007. a Conrado Imperatore, aliqua Praedia ad Danubium, Ad: 1025. et ob educatum filium, Henricum 3.<sup>um</sup> postea Imperatorem, Alarn Emilingen, et alia bona prope Murun ad: 1027. Obtinet Idem Imperator confirmat donationem Curtiseri in Regenspurg ab Henrico 2.<sup>o</sup> Ecclesiae factam. ad: 1024. et universaliter omnes donationes et privilegia ad: 1029. Capitulo suo dedit Egilbertus, probonus a. St. Henrico in Carniola donatis, alia in Bavaria sita, et abbatiam Mospurg Ecclesiae suae per Sententiam Obtinuit ad: 1027. Cathedralam multis Ornamentis decoratam reliquit Viduam ad: 1029. 4. novembris. Revoit laudabilissime annis 74. Mens: 4. Sepultus ante Altare St. Spiritus.*

NITGERUS, XVIII.  EPUS FRISING.



*J. V. P. Maag. Del. 1772. Frising.*  
 Ratisbonensis electus. 2. Decemb. Ad. 1039. translationem St. Viti ab Antecessore suo factam ad. 1051. perfecit, inde multos fundator dictus Henrico 3. Imp. Imperatori, quamvis ob fratrum rebellionem contra Caesarem tentatam, primis Annis excoisus fuerit. ita ut ambos Ratisbonae suspendi iusserit, tandem ad ultimum adeo carus extitit, ut universum donationes Ecclesiae Frisingensi factas, in specie vero Baumkirchen, biebingen, hachingen et Emlingen Ecclesias cum decimis St. Vito oblatas confirmaverit. et ad. 1045. Frisingae per 7. Dies ad. 1048. Vero toto natalium Christi tempore substitit. Ad. sequenti Obtinuit ab Henrico Ardaeker Praeposituram in Austria sitam, et Romae Corpus St. Nonosi. sunt qui Episcopum hunc initio Superbam vitam duxisse scribunt, medio tempore satis bonam, vltimis annis vero relapsum incontinenter Visisse, et quod peius erga St. Pontificem, tunc St. Leonem 9. adeo intumuisse, ut in Consilio Rhemensi Ad. 1049. Celebrato, dum Contradicere tentabat, subito obmutuprit, et cum nec sic respiceret, sed ab Imperatore Ravenam missus, cum Henrico ibi Archi Episcopo Contumelias in St. Pontificem, in specie Vero hanc proferret, fore citius ut guttur gladio sibi abscindatur. quam Leonem, in Sede sua relinqueret, intolerabilis Dolor gutturis eum invasit, quo etiam impetens die tertio post obiit. 15. Aprilis Ad. 1052. ita Palatius in gest. Leon. 9. Baron. spond. alijs. resit Annos. 12. mens. 4. cum dimidio.

# ELLENHARDUS, XVIII. EPUS. FRISIN.



Dux Meraniae et Ijrolis electus Ad. 1052. 5<sup>ta</sup> Julij fundat Collegium S. Andreae Apostoli, quo Praepositum, et 20. Cononicos posuit, et bona sua donavit Ad. 1062. Simul etiam ab Henrico 4<sup>to</sup> imperatore Pirian et Nivenbourg in Austria Ad. 1062. et abbatiam Burensem hodie Benedict=heyrn ad Colegium ad. 1065. et deniq. ad. 1074. multa alia in Istria. Situ bona obtinuit Annuus quoq. Elemosinas Fundavit, et multa Cathedrali suae bona dedit. Ut Canonici S. Andreae infra Annum pluries reficiantur. Perpetuam missam ad Altare S. Petri in crypta. et Servitium seu distributionem in Aniversario suo Canonice maioris Ecclesiae faciendam fundavit. dando curtem in Sigogstetten. Ab Henrico 4<sup>to</sup> qui Frisingae natales Domini ad. 1069. celebravit, Confirmationem privilegiorum Ad. 1057. et bona in Lintach, Alch, Reichersburg, Tingesbrun, Nobendorff, et Hohenloe donata accepit Ad. 1072. Vitaeas in Austria Eberstorffij enit Interfuit Conventui Wormatiensi contra Gregorium 7<sup>mo</sup> ab Imperatore conscripto et quamvis Adreitter dicat, cum pro benedictice Stettise, alij contra eum subscripsisse asserunt, et ob hoc Cononizationem eius retardatam esse vulgo Creditur, cum cetero quinque beneficia non defuerint ad Sepulchrum obtenta: quidam cum Guiberto Archiepiscopo Ravenatensi Contra Papam ad hasisse peccant, quorum Opinio iudicio Circum-jacentium Episcoporum, et Abbatum dudum refutata fuit. Obijt. ii. Martij. ad. 1078. Sedit annos 25. mens. 8. cum dimidio, Sepultus Ad S. Andream, ubi etiam Capellanus eius S. Batho requiescit.

MEGINWARDUS.  XX. EPUS. FRISIN.



Comes de Schejrn, eligitur, 22. Martij, Ad. 1078. Episcopus Optimis adnumerandus. qui in Consilio Moguntino Contra Gregorium 7. <sup>mo</sup> Instituto cum paucis alijs pro S. Sede fortiter stetit. nec ullo Potentiorum terrore ab eò Separari potuit. multa Adversaria a Guelphone Comite de Altorff sustinuit, qui Frisingam Ad. 1089. Suorum Prædam fecit, et misere devastavit; que tamen damna resipiscens resarcivit. Ao. 1092. fundavit Episcopus noster Sibi Aniversarum dando Asenkofen, et ab Adalramo de Schmidhausen Castrum Püttenberg. 30. libris emit. Ad. 1080. Sub eo quoque Henricus Cathedralis Ecclesie post Decanus; propria sua in Schwidmutkirchen Ecclesie Frisingi donavit. Meginwardus Ratisbonam, ubi per plures Annos Sedes vacaverat Vocatus multas in illa Diocesi Ecclesias consecravit, post ad Boemos pergens prædicando multos convertit, Monasteria, et Ecclesias ædificavit et Germanias in ipsa Cathedrali Pragensi totoq; regno instituit. et cum Omnia in perfectum redeget Statum meditans Obijt Pragæ 28. Aprilis Ad. 1098. et in Cathedrali S. Viti ibi Sepelitur. rescit Annis 20. mense 1. diebus 7.

HENRICUS. XXI.  EPŪS. FRISINGE.



Comes de Eberstorff Austriacus Eligitur Ad. 1098. die 28. Junij, propria sua in Ebersperg. et Gries. Ecclesia Frisingensi eo sine donat, ut pinguiores Canonicis redditus obviant. Ad. 1136. 20. prædia quoq; ad fundationem certarum Missarum in Capella S. Leonardi pro se et familia sua singulis Septimanis legendarum Applicat. Stetit semper ex parte Imperatorum Contra Pontifices. hinc Frisinga a Welfone Duce, qui partes S. Sedis tenuerat, diruta Ad. 1116. Ecclesia in Fischbachau ab Henrico nostro consecrata per Conradum Archi Episcopum nostrum Salispurgensem profanata, contra Episcopum nostrum Bulla depositionis emanavit, quam cum Conradus exequi Frisinga vellet. à Canonicis maioris Ecclesie pro doctissimis in Germania habitis e Civitate expellitur Ad. 1100. Nam acta Pascalis PP. audacter pro nullis declaraverant. Sub hoc Episcopo vixit Frisinga Woluoldus Cononicus Cathedralis Ecclesie Conrado Archi Episcopo Salisburgense Summe dilectus, et ad Abbatiam admontensem promotus, simul etiam Archi Diaconus totius Styrice Ellectus. Henricus noster rexit annis. 39. mens. 5. dies 11. et Obijt 9. Octob. Ad. 1137. Sepultus in Cathedrali sua. in Capella S. Leonardi, cuius Fundator Extitit.

B. OTTO. II. XXII. EPUS. FRISING.



Magnus Marchio, et Dux Austriae, Filius S. Leopoldi, maiores non nisi Reges, et Caesares habuit, fratrem Uterinum Conradum Imperatorem, Iuuenis Ecclesiae neoburgensi à Patre proficitur Parisijs Librales Artes edocuit, et latere uolens Moribundi regulam S. Bernardi amplectitur, ibi Abbas eligitur, et inde ad Sedem Frisingensem postulatur. Ad. 1138. quam Collapsam multa recuperando erigit, et disciplinam Antecessoris negligentia dissolutam restaurat. Cononicos suos Separatim uidentes, sed in uno loco dormientes opera hinc cuncti, et Henrici Cardinalium pulcherrimis Statutis instruit, et Decimis in Perchtershausen donat. A Conrado Imperatore Privilegiorum Confirmationem, et Ministerialibus suis eas, quas Imperatorij habent, Prærogativas obtinet. Restaurat Scheftlarn et instituit Cononicos in Schliersee. Ad. 1140. et 1141. fundat neocellam restituitq; Schledorf, multas Consecrauit Ecclesias, Conradum Imperat. ad recuperandam S. Terram Comitatus, primus cum Ratisbonens, et Pataviens Episcopis crucem accepit. Ad. 1147. Historiam ad sua usque tempora Conseripsit. Expeditionem Italicam, quantumvis à Eriderico Impera. rogatus, recusat, ad Alpes eum Comitatus. Tunc Frisingam rediens, et, ut alij uolunt, mortis suæ diem sciens, Moribundum properat, ubi inter Adstantes plures Episcopos, et Abbates diem suum Sancte clausit 22. Febris. Ad. 1158. resat Annis 20. Sepulchrum, quod Moribundi extra Ecclesiam uoluit, ad Altare summum erectum Miraculis claret. Sub eo celsit Advocatia. Otto Witelspachius, et dum Principes de Bavaria Alternantur, Ecclesia Frising. etiam ab Ottonis fratribus multa tulit aduersa. Cetero quin fuit Genere Comparatus que Germaniae circulum pulcherrime illustrabat.



Comes de Sigmaring. Suevus, antea Praepositus, eligitur Ad. 1158. mense novembri. vir doctus, et ab Ottone Episcopo tempore Absentiae utiliter negotijs praefectus. Sub hoc Ad. 1159. 5<sup>to</sup> Aprilis Ecclesia in optimo statu ab Ottone relicta fulgure mane incenditur, et brevi tempore Omnes Ecclesiae, Palatium Episcopale, et tota fere urbs conflagrat; multis signis infelicem causum praesagentibus. Locus Ecclesiae aedificandae Absignatus sequenti Anno fulgure denuo tangitur. Albertus solus non desperans Operi ipse manum admovet, et Cononicis interea Alimenta praebet. Dumq; fundamenta eruntur, Corpora S. S. Alexandri, Iustini, et Nonosi inventa, extra Ecclesiam efferri nequitiam potuerunt multis postea miraculis illustrata. Comitatus Gudaga, et Catubria per Sententiam recuperat Ad. 1159. et dum Henricus Prunswicensis Vering incendio devastat, pontem Thelonium, et omne Comercium Alnachium a se noviter aedificatum transfert. Albertus ad Fridericum Imperatorem Appellat, et Ratisbona Ad. 1150. restituitur. quo ad omnia Ad. 1151. duo praedia in Haslbach ad S. Magdalenam, et Martham: aliud in Reicher-Kirchen cum parte decimarum servitio Cononicorum in festo S. Marthae, et Curtem in Ballenhausen, cum altera Decimarum parte in Reicher-Kirchen ad S. Annam, et servitium Cononicorum in festo S. Iacobi, praestandum legat. Decimas in Rapolts Kirchen, et Roemos, ius patronatus in Inzemos, item Perg in Distributionem Cononicis Absignat. S. Castulo in Mospurg donat praedium in Schweinerdorf et alio ibi sito dotat Ecclesiam in Erching. Ad Altare S. Iohannis Baptistae in Cathedrali legat praedia in Taglsing, et Vnzehofen, et in aeternam sibi Memoriam, et fratris sui Vdalrici et sororis Herburgae, avitum bonum in Harthausen ad servitium Cononicorum designat. Rexit Optime Annis 25. Obijt Novempri Ad. 1155. Sepultus ad altare S. Spiritus.

OTTO, III. XXIV.  EPUS. FRISIN.



Comes de Berg, Suevus, frisingensis, et Magdeburgensis Cononicus Electus. Ad. 1185. mense decembri. Fratres habuit Diepoldum et Manigol- dum Patavienses, et Henricum Herbipolensem Episcopos. Ottoni à Friderico Imperatore donatur. Marchis. Recht. Sandgericht und Durckgräberch. qua in Enferstorff, Alarn, Holzburg, et Ebersdorff. Duces Austriae sedui titulo ab imperio possederunt. Ad. 1189. obtinuit per Sententiam Castrum Thunratsheim, et forum in Waidhofen. Ad. 1194. et redemit oppignorata Wartenberg, Castrum in Carniola et praedium in Miltendorff prope Gatis. Emit 60. huobas in pagis in pagis 7. lab. et Lack Jitas, dedit bona in Staudlhansen cum decimis, et aliud in Gunzenhausen ad conservationem fontis in foro de canali erecti. Ad. 1195. et Capitulo suo praedia in Hausen et Palzing, cum Parochia glon, prope Zinnenberg, Rambsperg castrum ut feudum, apertum mensis Episcopali assignat, et ab Gebhardo de Tolystein bona ad Velters in Alpibus, pagum Ehing prope Ortenburg, et Manjum in Gunzenhausen in feudum ab Ecclesia concessa. 205. Marcis liberat. Ad. 1212. Henricus Comes Goritia, et Bernardus Carinthiae Dux ob damna Ecclesiae in bonis suis, in specie Lack illata dant 80 huobas pro satisfactione, omnes tamen in feudum sibi reservant. Ob simile damnum excommunicat Otto Comitum Tyrolis, qui mortuus, et sepultura Ecclesiastica, prout decebat, non privatus ab Innocentio P.P. exhumari, et corpus proci iubetur restitutione haeredibus iniuncta. Ad. 1208. maior dissensio cum Ludovico Bavariae Duce, cum enim Dux super Ecclesiae subditos Advocatiam sibi asserere, Vectura Salis et Comercium de Ponte Vermigensi ad Monacensem transferre, et multis statutis contra Immunitatem Ecclesiasticam latis, Ecclesiae Frisingensi praevic- dicare vellet. Episcopus noster cum alijs fortiter resistendo Castrum Ortenburg ad retinendum Veringae Comercium. Sumptibus mille Marcarum munit tandem Compositus Philippo Imperatore, se interponente, et Innocentium Episcopum ab irregularitate, si quam ob multas Contraxisset, ab solvendo. Et dum erga Adversarios Ecclesiae suae fortis mitis vero erga pauperes. 30. Anis. mensib. 3. optime vivisset, Obijt. 17. Martij. Ad. 1220. Sepultus ad Altare S. Mathei.

GEROLDUS. XXV.  EPUS. FRISINGE.



*Nobilis de Richolferstorff Bavarus, eligitur. 28 April. Ad. 1220. dat. Monasterio Beuharting ad meliorem Cononiarum  
 Sufstitutionem Ecclesiam Duntenhayfen Ad. 1221. et Canonicis S. Viti parochias in Sinzenhausen. Künkhayfen et Burekhausen. Iudicialiter  
 obtinet Contra Capitulum Ardacense ius nominandi Præpositum Ad. 1224. et contra Præpositum in steingaden ius presentandi in Pittengau  
 Ad. 1228. In Scheurn Sibi, Patri, et fratri suo fundavit anniversarium. id ipsum frisingæ fecisse Constat, dando Capitulo suo prædia in  
 Ried, et Mamendorf, et huobam in Pasing. De cetero pessime rexit, multa bona alienando in tantum, ut ipsum Civitatem frisingæ Duci Bava-  
 riæ in feudum concesserit, Conradus Præpositus iulicensis, et geroldi Successor se opponens fridericum Imperatorem addit, et Bullam  
 Auream Dicitur: Obtinet, quæ per Cesaris Absensum, et Principum vota alienatio hæc nulla declaratur, pena. 1000. marcarum auri, ali de-  
 creta, qui sententia huic contrarie præsumperit. Ad. 1230. Confirmante Gregorio. 9. PP. et Bullam promulgantibus Eberhardo Salisburgensi, et  
 Sigisfrido Ratisbonensi Episcopis. Luipoldo Austria Duci Feudum ab Henrico Marchione Istria in Austria possessum eodem iure Concedit Gerol-  
 dus pro. 1050. Marcis Argenti Ad. 1228. Tandem depositus a S. Sede per bullam datam Ad. 1230. brevi post diem. suum obit. 29. Martij. Ad. 1231. Sedit  
 annis 10. mens. 5. Sepultus ad Capellam S. Pauli. Sed fama fert, Corpus Sepulchro eiectum, et extra Ecclesiam inventum esse: Sepultumq; iter-  
 ato extra Monasterium in porticu. ut habet lapis Sepulchralis Geroldi et Conradi Successoris eius, Altari S. Pauli adiacens. Gloriosius  
 Sepulchrum sortitus est lanitor eius: quod in Cathedrali hodieq; cernitur, qui cum panes pauperibus distribuendos portaret, ab Episcopo  
 correptus Lapides se ferre dixit, Offendere iustus panes, in lapides convertos monstravit, quos dum ad pauperes pervenit, pristinam formam inclusisse dicunt.*

CONRADUS I. XVI.  EPUS. FRISINGE.



Baro de Tölz et Hohenburg Boius depositus Geroldo eligitur Ad. 1250. 24. Octob. Consecratus cum Henrico Seccovienſi per Eberhardum Archi Episcopum Salisburgensem frisiaei. 1252. recuperat ab Antecessore distracta et plurima de novo acquirit ultima Voluntate Comitum de heuburg, omnia sua bona in Austria, et Bavaria Ecclesie frisinge legatis Ad. 1247. Emit a Rapotone Bavariae Balalino Eitling aliq3 bona pro. 1600. et Ad. 1244. et a Swigero de Mindlberg, Caarmischi, et falkensiem pro. 250. et Ad. 1249. a Laica Potentia plurima per pectus fortissime tantem restitit, Alberto Tyrolis Comite 300 Marcas Argenti pro damnis illatas. Sponde. Ad. 1258. et hermano Comite de Ortenburg bona iniuste pobeſa ultro restituente Ad. 1244. Graviores trice cum Ottone Bavariae Duce qui pluries Conrado nostro reconciliatus, damnis etiam reſectis, sed pactis contraveniens, quantumvis per ipsum cognatum suum Henricum Bavariae Ducem, et postea ussu Pontificio per Cardinalem Hugonem palerne admenitus Excommunicatus Obijt: damno Ecclesie per sex Abbates iurate ad nullam: et quibusdam viginti milia marcarum estimato. Ottonis Hereditibus ad satisfaciendum per Udalricum Seccovienſem Episcopum et Abbatem Melicensem Pontificios Executores Compulsis: Ad. 1254. Conradus noster cum Eckberto Bamberg, et Rudigero Baltavenſi Episcopis qui hunc vicium a Friderico Imperatore Custodienda et defendenda traditur, a Friderico Austriae Duce Occupata Urbe Canitur. Ad. 1257. fundat 4 Vicarios Prebiteros Pau- tione, recreentur: ipsum officium si- schlbacensi impo- nitum: et unum in- sen, et sibi Anver- sariun Abignan- licans, et obijt- Monachij. Ad. 12. occupavit.

Vitus adamus  
gravissima Damna nimis  
referre, longum est

CONRADUS. II. XXVI.  EPUS. FRISINGE.



Comes Sylvester ex familia Comitum de Wittspach electus Ad. 1258. mense Martio, ab Ottocaro Rege cognato suo licentiam querendi Metalla, Satisque venas in omnibus Ecclesie fundis Ad. 1260. Vehendi Siva et Capituli Vina Austriaca sine Exactione Ad. 1269. remissionem Oneris Ottaresfueder. Ad. 1270. iudicium Provinciale in Lack et Lengensfeld. Ad. 1274. eiusque Confirmationem in Heibs prope Waidhofen, et quietam Enzerstorffensis advocatie possessionem acquirit. Ab Vidalrico Duce Carinthiae forum et iudicium in Guttewerd obtinet Ad. 1265. haec omnia Rudolphus, et ne Iudices Austriae in Ecclesia subditos iurisdictionem Exerceant, aut de necessarijs in domum Vionensem vicualibus alijsque quidquam exigant, cum alijs dicta Domus privilegij Confirmat. Ad. 1277. Feuda per mortem Marchionum de Hohenburg Ad. 1261. Baronum de Tölz Ad. 1265. et Comitum de Neuburg. Ad. 1272. Ecclesia sua aperta Ludovico Bavar. Duci Concessit. Quadaga Castrum post mortem Egelini, Tyroni nobili Bacuano Ad. 1261. Frobstorff, Vrsar, Schonau, alijs, ab Ottocaro detenta per Rudolphum Regem recuperata, Rudolphi filijs eius masculis descendentijs feudi titulo dedit Ad. 1277. Emit a Wilhelmo de Scherffenberg Selzach Ad. 1259. et a cive in Crems 17. praedia cum attinentijs. Ad. 1270. quo a Meinhardo Gorit, et Tyrolis Comite castrum Haberberg iniuste possessum recepit. Concedit Capitulo suo Parochiam in Schwindkirchen. Ad. 1266. et monasterio Schyrensi, aliam in Perbling. Id. 1262. Multa cum Ludovico Bavarie Duce bona permutavit reservato Successorum iure contractum irritandi Ad. 1272. qua Occasione Ecclesiae iudicium Villa in Ismaning obvenit. praesuit magno Ecclesiae bono Annis 20. Obijt Apoplexia tactus Ad. 1278. 27. febr. Sepultus in Cathedrali extra Capella Georgij.

FRIDERICUS, XXVIII.  EPUS. FRISINGE.



*De Mantalban familiae de Schlanderberg Tyrolensis Successore S. Andrew ardensis, et Cathedralis Ecclesiae Praepositus ad Capellam S. Augustini in Schoneck: hodie est una ex habitationibus DD. Capitularium et molendinum in Mozing, et praedium in Lampferding donat, ut festum S. Augustini Solemniter Celebretur. iam tum celebris inter Meinhardum Tyrolis Comitem, et Conradum Episcopum Antecessorem suum electus Arbitr Controversias Circa Inching Componit. Ad 1266. mortuo Conrado Eligitur in Episcopum 18 Aprilis Ad 1278. Meinhardo ius provinciale in Laeck sibi asserente Rudolphus Rex ad tuenda Antecessorium suorum Privilegia dictum ius Eulse: frisingensi ad iudicat Ad 1279. et libram vini Vecturam Friderico Confirmat. Ad 1280. addita venandi in omnibus Ecclesiae terris, imo per Regis districtum Volge, et Schetwarth dictum. Licentia Ad 1281. Canonis ut tres librae numerum in officio et vesperis S. Francisci Seraphici distribuatur, ordinavit: alia libra ad festum S. Ambrosij assignata. Resit annis. 4. mens. 7. et diebus 19. Apoplexia, ut Antecessor tactus. 8. Decem: Ad 1282. Sepultus in Capella S. Leonardi. Magnam Coacervavit pecuniarum summam, post mortem tamen nec medietas inventa. Ministeralibus suis multum de Subtracta Pecunia Suspectis.*

ENICHO. XXIX.  EPUS. FRISING.



Comes Sylvester ex familia de Willspach. nepos Conradi 2.<sup>di</sup> Propositus. S. Andreae. Ad. 1274. suam Praeposituram funditus erexit. Eligitur Episcopus. 24. Ianuarij. Ad. 1285. Aemulus eius in Electione Conradus de Klingenberg ad Constantiensem Cathedralium creatus est. Conrado ultimo familiae de Mospurg Comitum defuncto Henricus Bavariae Dux omnia illi bona cum vrbe Mospurg ab Ecclesia Frising: in feudum accipit, dans vicissim Advocatiam in Isen villam, et Agros, Parochiales in Mospurg. Iurisdictionem in Schenberg, Ober, et nider humel, Seyboldstorff, Mosheim, Reuth alijsq; inter Frisingam et Mospurg praedij. Simul promittens se nihil in prauidicium transitis per Frisingam permissurum. Ad. 1285. Emit a Pertoldo Comite de Esehenloe Comitatum Partenkirchen, pro 1000. Marcis Argenti, et Annula quo ad vitam Comitis quantitate vini Ad. 1294. a Rudolfo et Ludovico Bavariae Ducibus Tolz cum pacta restitutionis intra Decennium pro. 1458. ff. Ad. 1300. et ab Ottone, et Stephano Bavariae Ducibus dicta Conditione zuestorff pro 1000 ff. Et Anno. 1301 plurima ab Ecclesia concessa feuda in Lueg Klingensels oberr bayrisch dorf et Garmisch ut libera, et in Klingensfels 80. Annuas Vinas vini antiquitus solvi solitas recuperavit, Ad. 1292. 1306. ab Alberto Austriae Duce. quem 1000. marcarum Debitorum Habuit. Quotidianum mercatum Inticensibus obtinuit, Ad. 1303. efficit per Sententiam Ius Patronatus in Probsdorff. Ad. 1284. fundat Festum S. Marci celebrari Solemnius. sibi q; tres Anniversarios. Praeter nimiam erga cognatos suos liberalitatem, et inde orta cum Capitulo suo disensionem, Resit optime Anno 29. mens. 6. dieb; 4. obiit Vienna Ad. 1311. 28. Iulij. Sepultus Frisinge in Capella S. Georgij et Henricij.

GOTFRIDUS, XXX.  EPUS. FRISINGE.



Esse nobilibus de Hasenacker hominis, Canonicus Frising. Sit Decanus Ad. 1302. Eligitur Episcopus. Ad. 1311. 1<sup>o</sup> Septembris Restaurator Atrij Cathedralis, quo Altare S. Catharinae posuit. Assignatis duobus Presbyteris, qua occasione Capitulo suo Parochiam Flintsbach cum obligatione octavam Nativitatis B.V. Mariae pari, ac ipsum festum Solemnitate Celebrandi ad promeranda Specialem B. Virginis in Electionibus Dignitatu Assistentiam Concessit. Ad. 1312. dedit etiam Salvis Episcopatus Juribus Parochiam S. Georgij Ad. 1314. ut tamen Canonici primis, et Secundis Vesperis, et Officio Solemniter in festo S. Catharinae Celebrandis intersint, et praeter plenum in Anniversaria sui memoria Canonici dandam Servitium, certa quoque pecuniarum, et frumenti quantitas Beneficiatis S. Catharinae detur, hi vero praeter Missas parem cum Paulinis infrequentando Choro Obligationem habeant: prout Bertoldus de Rehling in fundatis ad S.S. Trinitatem beneficijs idipsum a Beneficiatis exegit, dando duo praedia in Sickenhausen et Griesbach, Ad. 1309. Ceterum prodigavit Gotfridus pactum revulsionis de Tölz ad ultiores. s. Annos, et contra Otto Rex hungariae cum Henrico et Ottonne Bavariae Ducibus promissit se nullas ab Ecclesia Frising. Subditis Steyram exacturum, Ad. 1312. Bibliothecam quoque hinc inde dispersam collegit, et Obijt. Ad. 1314. 27. Augusti, quo Anniversarius eius habetur. Sepultus in Capella S. Catharinae.

CONRADUS III. XXI. EPUS. FRISINGE.



**Monacensis ex Patritijs de Sendlinger dictis, Ortus, Decretorum Doctor, eligitur Ad. 1314.**  
 3<sup>ta</sup> Octobris, Consecratur Pettauia in Styria, subtribus 200. marc. auri, a Bavaria Ducibus obtinuit. Subditos Ecclesie quocumq. non  
 posse nisi Frisinge, quoad Viserit Conveniri, Ad. 1315. et a Ludovico Rege omnem Iurisdictionem, etiam Banum Sanguinis in Burckrain et Witz-  
 clando. 200. marc. Argenti Dictus Rese confirmat Clero omnia Iuris Iudicium et Imperatorum Privilegia Ad. 1322. Imo plurima, inter quæ,  
 Wippenhayfen, Burckhayfen, Seifrids pruck cum Telonio Ad. 1315. et Iurisdicchio Suprema in ober, et unter forring, Englschalcking, et taghsing  
 a Ludovico Rege. Ad. 1319. Recuperat datis 200. Marc. a Rudolfo de Scherffenberg Gultenwerth. Ad. 1315. et a Seifrido de Traunberg ab  
 Damna illata 2000. G. & C. Ad. 1318. Residentiam suam, et Arcem Lack muro cinxit, refecit Preiseck, et Klingenfels, et Ulmerfelden magnis  
 sumptibus Restauravit. Capellam aulicam in Collegiatam S. Ioani Baptistæ erigit. Positis Præposito et 6. Canonicis usque dam ex bonis  
 Acquirendis, quod in animo habeat, numerus ad 12. se Extendat: dedit ijs omnes Prærogativas. Colationem Præposituræ, et Canonicatû  
 Episcopo reservans. Assignavit autem Parochiam in Aerting, decimas in Ismaning, antiquos Capellæ redditus, et Vineam in Holn-  
 burg. Ad. 1319. de Argento. quod ad 2800. Marc. et Auro ad 20. Marc. habuit ad S. Ioanis fabricam Complendam, luminariis, et repara-  
 tiones emenda Capitulo bona dedit 600. Marc. Argenti et 5. auri. Capitulo Cathedrali 70. marc. Argenti ad Præsentias in Processionibus  
 ad S. Ioanem, et suum Anniversarium Applicandas. Optime præfuit. 7. Annis. 6. mens. dieb. 9. oppignorata liberando, dubias lites dato. ut quo  
 Sopiendo, et debita Expungendo, relicta tamen vbiq. magna Vini, et frumenti abundantia Obijt Veneno Ad. 1322. in Aprilis. Sepultus ad S. Ioanem.

IOANNES. I. XXXII.  EPUS. FRISINGE.



*Post Obitum Conradi III. eodem Anno eligitur à Capitulo Ludovicus de Chamstein, cuius tamen electio à S. Sede non admisa est, sequenti Anno 1327. et sede adhuc vacante concordia inter Ordinarios Bavariae quibus accessit Frisingense Capitulum regnans et Henricum et Ottonem Bavariae Duces, et alium Henricum Palatinum Rheni facta Duces Anathematis vinculo soluti. iurata tamen promissione praemissa. Ecclesias, et Personas Ecclesiasticas ulterioribus exactionibus non vexandas esse. Actum Ratisbonae tandem Ad. 1324. Ecclesia Frisingensis tanto tempore vidua Episcopum à S. Sede accepit Ioannem de Gittingen nobilem Suevum, qui antea Prisingensis: et postea Bampergensis: Frisingensis vero non nisi quinq; Septimanis, duobus diebus Episcopus fuit. dum obiit eodem Ad. 26. Aprilis. Sepultus ad altare S. Crucis, positum tunc temporis in medio Cathedralis Ecclesiae.*

CONRADVS. IV. XXXIII. EPVS. FRISINGE.



Defuncto Ioanni Surrogatur eodem Anno a S. Sede Conradus de Klingenberg Suevus, qui Ecclesie suae  
 Cruem processionalem multis ornata Gemis, cum Iufula ingenti Valoris, et capitulo suo 1000 fl. donavit. quo pratio & pradia  
 empta, et Cononiciis Aniverfario Conradi presentibus pensio. Presentia dicitur fundata. nec tamen animos Capitularium  
 Ludovico Bavaro addictissimos mutare voluit quin expresse Ad. 1225. protestarentur, se neququam illum Episcopum accepturum,  
 quosque Cum Ludovico Bavaro Concordiam fecerit et haec causa fuisse videtur, cur plures hoc tempore Electiones Annulatae,  
 et Episcopi a S. Sede positi inventiantur, quae Dissensio cum Capitulo tantum efficit. ut Episcopus in bonis Ecclesie austriacis,  
 quae a Principibus Austriae una cum hebdomadario Mercatu in Ulmerselden facile obtinuit, quasi totum Regimini tem-  
 pus transegerit. Frisinga interea vice domino a Capitulo Constituto. Collegiate S. Iovannis dedit ad mensam Parochialem  
 Thalkirchen Ad. 1229. fundavit sibi Anniverfarium in Monasterio MichlStellen 20. Marc. Argenti, et postquam. 12. Anos in turbidif-  
 simo Regimine consummasset. Obiit in Ulmerselden Ad. 1237. 5. Martij. Sepultus in Lilsenfeldensi Monasterio. Gravita  
 hoc tempore tulit damna Ecclesia frising: ob Discordiam tum inter S. Sedem, et Ludovicum Bavarum, tum inter Episco-  
 pum et Capitulum. Id ipsum Sensit Monasterium Weichenstephan direptum et Spoliatum a Ludovici Militibus ad. 1236.

IOANNES II. XXXIV.  EPUS. ERISINGE.



Conrado 4<sup>to</sup> vivis exemplo Substituitur, eodem anno a Papa Benedicto 12<sup>mo</sup> fuit ex nobilibus de Westerhold Westphalus antea Episcopus Wertensis. Astrologia et Medicinae apprime Cnarus qui tamen Frisingam non venit, sed Avenione in Cura Pontificis toto Episcopatus sui tempore permansit, ubi etiam obiit Ad. 1349. Dum Frisinga Leotoldus Comes de Schaumburg, et Iulbach Cathedralis Ecclesiae Praepositus a Capitulo 6<sup>to</sup> Aprilis Ad. 1337. electus se Episcopum gessit, qui ad instantiam Ludovici Bavari Margaritam Tyrolis Carinhiae Ducissam a Ioanne Moraviae Duce vero Marito suo ob allegatam falso Impotentiam separavit. Ad. 1343. cum tamen Ioannes e. Secunda Coniuge plures Susceperit liberos. Causa divortij per subsequens cum Ludovico Prandenburgico Matrimonium patuit.

ALBERTUS. II. XXXV.  EPUS. FRISINGE.



Comes de Hohenburg, et Haigerloh, Prigoviensis, iuxta aliquos eiusdem cum Marchionibus Badensis, familiae, cuius Antea Rudolfo Habsburgico, postea Imperatorem nupsit, fuit Canonicus Argentinenf: et Constantiensis, qui ultimo loco Episcopus in discordia frustra electus, in aula Imperatoris, sedens Cancellary Officio functus est. tunc Avenionem se Consulit et Capellanum Pontificum egit, ubi a Clemente 6<sup>mo</sup> Herbiopolensi Insula donatus, cum Electo litigare volens, ultro Resignavit, magis arripit Frisingensis, quam post obitum Ioannis obtinuit a dicto Clemente. Ad. 1349. 7. octob. Comitatus est Albertus Austriae Duce cum alijs Episcopis ad Pugnam prope zürch. Ad. 1351. Bavarie Ducibus sulere ad decem Anos, iunctus a Ludovico Prandenburgico immunitatis promissionem Clero obtinuit. Ad. 1350. a Rudolfo Austriae Duce Privilegiorum Confirmationem, et Insuper Holnburgensi Pago cum Mercato ius oppidi impetravit. Emit alia bona ad Laek et argenteam S. Alexandri P.P. statum cathedrali reliquit, Canonicis in Ulminster dedit Parochiam Crandspurg, circa annum 1352. ad Schliersee Parochiam Päng, sibi per anniversarium fundans, quod ipsum intendit dando, Collegiatae S. Ioannis Eschlacht, Canonicis S. Viti ad mensam Assignavit Parochiam Fogenhausen. Ad. 1357. et Collegiatae in Ben Walsperg Kirchen. Ad. 1358. Monasterio in Fürstfeld Parochiam in Gölching, ut tamen festum S. Corbiniani Solemniter celebratur, et Canonici Cathedralis Omnium meritorum particeps sint. Ad. 1356. Rexit Summa Laude aetate 9. mensibus 6. diebus 18. Obijt in Episcop: Constantiensi Civitate Ad. 1359. 25. April: Sepult: Rottenburgi Civitate maioribus Juis Subiecta, in Collegiata S. Maurij quam cum Patre suo erexit et fundavit.

PAULUS, XXXVI.  EPUS, FRISING.



*F. ex nobilibus de Harrach Austriacus Ad 1540. Episcopus Curcens: praeficitur ab Innocentio 6<sup>to</sup> Ecclesiae Fri-  
singenfi. Ad 1559. cuius possessionem eodem anno 2. Julij Sumpsit. Recuperavit per trans actionem ab Alberto Leopoldo, et  
Rudolfo Austria Ducibus Ulmerfelden, Randeck, et Waidhofen, et Restitutionem Damnorum Ecclesiae illatorum Ad 1565. in super  
Castrum Haberberg multis annis Controversum, magnis Sumptibus, et per censuras Ecclesiasticas acquisivit Ad 1574. A Carolo 4<sup>to</sup>  
imperatore omnia Ecclesiae frisingens: Privilegia interminis amplissimis, in specie mercatus quodiduanus Frisingae, Telonum et his  
cudendi monetam, ita suere Confirmata, ut neque non usu perdi possint Ad 1561. Similiter, Stephanus, et Ioanes Bavaria Duces pro  
se suisque Successoribus promittunt, nullas ab Ecclesia Subditis, Steyras se Exacturos. Ad 1567. quod Confirmatum est a Ioane  
Stephani filio Ad 1578. Ipse Paulus noster multa Civibus Frisingensibus Privilegia inclusit. Matrimonium Ludovici Brandenburgensi  
cum Margaretha Carinthiae et Tyrolis Ducissa Auctoritate Pontificis Innocentij 6<sup>ti</sup> nullum declaravit, et Separatos eadem Auctoritate  
Pontificis dispensante de novo Coniunxit. Consecravit Ecclesiam B. V. Mariae in Ethal, praesentibus Stephano Bavariae Duce, eiusque  
filijs, Stephano, Friderico et Ioanne multisq; abbatibus. 3. nonas Maji Ad 1570. Sub eius Regimine et ipso intercedente Gregorius II. P. P.  
ad maiorem hospitalitatem exercendam, et ut perpetua a Decano Servetur Residentia Decanatus addidit parochiam Auff-  
Kirchen Ad 1578. 8. Idus Apr: et eodem ad praeposituram ex dicto Hospitalitatis motivo Parochiam Steinkirchen,  
Rexit optimus Praesul, annis 18. diebus 21. Obiit 25. Julij Ad. 1577.*

LEOPOLDUS XXXVI. EPUS. FRISINGE.



Nobilis de Sturmberg, an ex Styria vel Carinthia Ortus est, non sat Constat. mortuo Paulo Ecclesia Frisingensi praese Capit. Ad. 1578. Sub cuius Regimine Schisma Clementis 7.<sup>mi</sup> contra Urbanum Sextum in Ecclesia Romana exstitit. multa adversa perpensus. Frisingam Veniens pretiosum Calicem, et duos libros matutinos ad 200. fl. Attulit, in omnes Beneficus praesertim cives Frisingenses, quibus Ad. 1579. Omnia Privilegia Confirmavit. Pontis Monacensis Telonium Francisco. et Joanni Patritijs Rüdler dictis ad dies vitae Concessit Ad. 1581. Emit aliqua minoris notae Pradia, et Castrum Inching pro 2400. fl. ab Antecessore oppignoratam redemit. Ad. 1581. quo ipso anno post trium annorum Regimen in die S. Oswaldi infelici de ponte in Bischofslack Casu aquis submersus obiit. longiori vita et regimine dignissimus. Sepultus in Lack, in Monasterio S. Clara

BERTOLDUS, XXXVIII. EPUS, FRISINGE.



In Austria natus, ex nobili familia de Wahingen, qui ab Origine Suevi sunt, primus viennæ Artium Magister, creatus, nobilem pro augmento studij Viennensis fundationem instituit. postea Austriarum Principum Canselarius, tandem Ad. 1381. 20. Sept. Episcopus huius sedis eligitur. Regibus a Wenceslao Rege Ad. 1382. insignitur. viennam reducere, quatuor civis in personam suam iam ante Electionem Episcopatum injurios Capite plecti fecit. Omnia quasi castra aut de novo extruxit, aut refecit, pleraque fossis et muris cingens hinc holzburg vocari voluit Berchtoldstein. inter alia excessit puteus in arce frising: ingentibus sumptibus constructus, pro sanctitate sua montis Alpidinam adequans. Dux et Austriacis Principibus sedere iunctus Ad. 1395. et 96. præsertim contra Duces Ingolstadtenses, a Monacensibus præsidia ad tuendam Arcem recepit. promissa contra quemvis absentia, que tamen non sufficeret, nisi Deus direptionem Urbis Frising: a Ludovico Ingolstadiano certo instantem miraculo averteret. cum enim in ipsa Christi natali nocte seculis exequi destinasset, Urbis Praefecto iam corrupto tota nocte secum cohorte sua, a Spectris vestalium summo mane nec Ingolstadio abijisse deprehendit. quod delictum Dux Argentea scutum Ecclesie Frising: donata eluit, graviolem sensit Visionem Praefectus Urbis Capite plectus servos sceleris conspici in partem seculo. Plura prædia hinc inde emit, et Privilegiorum Confirmationem a Ducibus Austriacis in amplissima forma obtinuit. Sede salzburgensi vacante a Bonifacio 9. Ad. 1405. præficitur. Sed Papa defuncto et electo sequenti anno Eberhardo de Neuhaus. tandem cessit. invenitur tamen Ad. 1405. sed adhuc Archiepiscopum, et Administratorem Frisingæ scripsisse. quo negotio, et multis castrorum ædificijs, avario exhausto Obeweltz et Inching pro 24000 aureis oppignoravit. Ceterum Ecclesie sua magna utilitate præfuit. quamvis plerumque absens, ob Canselariatum non dimisum, et gremij Capitularis relictus plurimum curavit. Instituit Solemnem S.S. Corporis Christi Processionem per urbem, et Ecclesie sue Insulam præfatosissimam destinaverat. qua a Cognatis monasterio Meliteni pro 2400. aureis post mortem Bertoldi vendita fuit. fundavit sibi in Cathedrali anniversarium, et Obijt heoburgij propè Viennam 7. Sept. Ad. 1410. postquam Ecclesiam reserit 29. annis, minus 15. Diebus. cuius anima a p. m. Virgine Claustraj hor- tularia e purgatorij panis Ad. 1669. 28. Augusti liberata dicitur facti Signa Monachij in Monasterio. Anger, dicta, Cernuntur.

CONRADUS. V. XXXIX.  EPUS. FRISING.



*Nobilis de Trautmanstorff Tyrolensis et Episcopus Curensis, post obitum Pertoldi à S. Sede Ecclesie Frising: praeficitur Ad. 1411. 23. Martyr quamvis a Cathedrati Capitulo Ad. 1410. 30. tbris Degenhardus de Weichscolasticus et praepositus in Mospurg Electus fuerit. qui S. sedi obediens acceptis ad dies vitae granary Frisingensis redditibus Conrado cessit. Conradus veronunquam Frisingam venit, nec Regimen suum ultra Annum extendit, nam Dum duo Cives Frisingenses, Stejram Insularem nomine civitatis Soluturi, et Homagium facturi in Lack venerunt, ille pecunias Civibus donavit, Sed is adhuc in Lack praesentibus, à Cubiculario suo, qui penes Episcopum .5000. Aureos sciverat cultro occiditur, et quia Latromanum Episcopi cultro Corpori intruso Applicatam reliquerat, vulgo se ipsum occidisse creditur, in hortum Castro adiacentem Sepultus est. Ad. 1412. Sed Nicodemus eiusdem Sedis Successor per vice Cancellarium Pontificium certior factus, Latronem in vrbe Crimen Confessum, et Conradum innocentem esse, Corpus exhumatum magno Omnium Concurse, et Solenni Processione, Cui ipse Nicodemus praesens erat, in Ecclesia Parochiali in AltenLack Sepeliri curat. Ad. 1450.*

<sup>E</sup>HRMANUS. XXX. EPUS. FRISING.



Defuncto Conrado à S. Sede Surrogatus Ad. 1412. 26. Julij fuit filius Hermani Comitis de Cilli, matrem habuit Comilissan de Montfort, pro Confirmatione Romana et Annatis persolvendis à Patre suo 10. florenos multos sumpsit. et eidem Lack in hypothecam ad Certum tempus dedit Ad. 1417. interfuit celebri conventui Constantiensi, Arcem Burgrain georgio de fraunberg oppignoratam sso hungaricis florenis in hunc finem mutuo acceptis redemit. Prædium emit in Alarn, et censum inde venientem Lumini ad Sepulchrum S. Corbiani in Crypta perpetuo assignat, in multis Ecclesie sue profuit, et profuit 8. annis 8. mens: 5. diebus Obijt in Patria sua Comitatu Cillensi Ad. 1421. 13. Septemb: infelici Rupturae suae scijura. Princeps caetera inventis adhuc sub eius Religimine in Comitatu Wertenselsensi ficisse. mineras ferri in ober Hamerspach ex Contractibus Ad. 1419. desuper erectis constituit, quas sumptibus impares fuisse effectus ostenderit, Credibile est. ex Archivo Romano habetur eum 4. calend: Apr: Ad. 1421. ad Ecclesiam Trident: à S. Sede translatum esse.

NICODEMUS, XXXI. EPUS, FRISING.



Ex illustri et potenti familia de la Scala natus a Papa Martino. 5<sup>to</sup> Sedi huic praeficitur. Ad 1422. 29. martij. Anno sequenti etiam Regalia a Sigismundo, et possessionem accedente Henrici Landishutani Ducis potentia contra postulatum Joanes Grünwalder canonicum, et Vicarium obtinuit. quia tanquam minoris Reiectus, Accepit annua 200 flor: pensione et Vicariatu cum Cathedralico, usque dum pinguiori praebenda sibi provisum fuerit, aequievit. Sanctus Cardinalis ab Antipapa felici 5<sup>to</sup> privatur, a Nicodemo vicariatu, hinc liles. et obfactam ad Eugenium. 4<sup>to</sup> apellationem, Censura a Conciliabulo Pasileensi tandem per ipsam felicem V. sospita. Ad. 1442. Nicodemus initio Regiminis sui expungendo debita retulit Klingsfels et Preiseck. et Ad. 1425. Comitatum Wertensfels. Sed eodem anno oppignorat Henrico Landishutano Purekrain, a Sigismundo Imperatore Privilegiorum, et Variorum Contractum Confirmationem in terminis cum favorabilibus obtinuit, Inter Plurima Ecclesiae Frising. allata praetiosa prius Galatio Mea et per hos ad devote veneranda dandum: Vicini Benefactor.

Situs 45.

Roma 12. Januari confirmatus  
Salisburgi in festo Paschatis a  
cognato archiepiscopo consecratus

Arce Joani  
les de la Scala,  
temporibus  
Sumi Lauz  
ry Insignis erat

HENRICUS, XXXII,  EPUS, FRISING.,



Comes de Schliek . morte Nicodemi , et durante felicitatis V. Antipapae Schismate variè Af-  
 fligebatur Ecclesia Frisingensis , quantumvis enim Nicodemum partes Eugenij 4<sup>ti</sup> secuntum fuisse ex factis ad eum  
 Appelationibus constat . tamen Capitulum cum Bavaris Principibus pro Conciliabulo Basiliensi sensisse videtur , cum Ad. 1445.  
 Ioanem Grünvalder Anti , Cardinalem , et Frisingen Praepositum , Ioanis Bavarice Ducis filium naturalem , virum multis censuris er-  
 runditum unanimiter Elegerunt . Electionem approbante Archi Episcopo Salisburgensi Improbante Roma . Nam Eugenius 4<sup>us</sup> PP. Henri-  
 cum Schliek Comitem in Weissenkirchen Bohemum , Caspari trium Imperatorum Cancellarij fratrem , et Praepositum Boleslavij Episcopi  
 Frisingensibus posuit . et sic ex bonis Ecclesiae in Bavaria . Sitis Ioanes in terris Austriae Hereditarijs autem Henricus redditibus frue-  
 bantur , qui ultimus nunquam Frisingam venit . et quamvis Submitte se Eugenio 4<sup>to</sup> Germania . S. sedes Episcopi et Praelatis suas  
 sedes , etiamsi alteri ius quaesitum sit . Reliquerit tamen Frisingensem Except Ecclesias , donec tandem Henricus per Imperatorem de-  
 positus Episcopatum in manibus Nicolai V. PP. resignare promiserit , et acceptis mille Ungaricis flo. et Dynastia Obewelz ad  
 dies vitae prosidenda per Procuratorem 18. Calend. febr. Ad. 1448. actualiter resignaverit , qua peracta per specialem Pulla  
 illa Clausula , vi cuius Frisinga et Osilensis exceptantur Ecclesiae ratione Frisingensis pro Excepta : non tamen aliter ac  
 à Die data , id est 18. Cal. febr. haberi iubeantur . quae omnia ad Interpositionem Imperatorum peracta desideratam Ecclesiae  
 Frisingensi quietum , post gravissimam damna attulerunt . Pullas vide in Odorico Reginaldo . F. 18. Fol. 520. et seq. praesertim versos 18.

IOANNES, III. XXXIII. EPUS, FRISINGE.



*Cognomento Grienwalder, de quo dicta sub Nicodemo et Henrico Episcopis non repetim.*  
 Factus Ad. 1411. Canonicus. Episcopum suum Hermanum ad Consilium Constantiense Comitatus, doctrinae suae Specimina  
 iam tum multa dedit, Factus Praepositus in Iben, dicta Praepositura, et Barochia ad S. Petrum in München a S. Sede  
 ob pluralitatem beneficiorum privatur Ad. 1419. Vicariatum plurimis Annis, nempe ab anno Civiter 1419. usque 1440. retinuit.  
 Sub Nicodemo cui quomodo cedere in Episcopatu coactus fuerit: discimus, Anti Cardinalis S. Martini in montibus factus,  
 praeposituram quoque Frisingensem obtinuit. astante Consiliabulo Papsilense Ad. 1445. quo Ad. qualiter Episcopus Electus,  
 et a S. Sede reiectus sit, sub Henrico fuisse videri potest. Ipse a Metropolitano suo confirmatus, cum ab eodem Confe-  
 crari petisset facta denegatione Solemnissime protestatus, Ad. 1445. Sequenti Ad. ad Primatem Germaniae appellavit, ob  
 negatas a Friderico Archiepiscopo litteras monitorias, Citatorias, et Processus esecutoriales contra Henricum Schlick.  
 Tandem Ad. 1448. 15. Ianuarij resignante Henrico factus legitimus Episcopus a Friderico Imperatore Regalia, Privilegiorum Con-  
 firmationem, et Omnes, quas Henricus possiderat, Dynastias excepto Wetze impetrat: Waidhofem oppugnatum  
 liberat, vicissim Hypothecam concedens Burgvain, Inching, et Vimerfelden, quae Ad. 1451. relinque scribitur, quod tamen  
 de Vimerfelden certo falsum. Multa Ceteroquin utilia fecit, et Clerum in meliorem redigere Disciplinam intendebat, sed morte  
 praevente Obijt viena. 2. Dec. Ad. 1452. dum pacifice praesuit non nisi 4. Annis. 10. mensibus. 18. dieb: Sepultus prout desiderabat ad Altare: Graecis.

IOANNES, IV. XXXIV. EPUS. FRISINGE.



Cognomine Tuelböck Patritius Monacensis. Canonum Doctor Canonicus huius Ecclesie, Præpositus S. Viti et Barochus P. V. Mariae in München. unanimiter Episcopus eligitur 10. Ianuarij. Ad. 1453. eodemq; Ad. 1472. et Regiminis Sui tempore omnia Antecessorum debita solvit. variaque bona ad Episcopatum emit. Iura Ecclesie fortissime protegens. plures lites feliciter fingit. eo vivente hohburg à prædomum turba direpta. et vi possessa non nisi per Successorem Sixtus recuperari potuit. Altare summum in Cathedrali per Ioanem Salaviensem Episcopum. sufraganeum Frisingensem de novo consecratur. Ad. 1461. in die S. Alscij. Sepulchro aperto inventum. Altare ad. 1274. 4. aprilis à Friderico Archi Episcopo Salzburg adstantibus Conrado 2. Frisingensi Petro Passaviensi. Leone Ratisbonensi. et Ioane Chiemseensi consecratum fuisse. insignes et plurimæ Reliquæ denuo Sepulchro impostæ fuere. inter quas aliqua Ad. 1563. noviter additæ fuerint. ex Separatâ Scheda liquebat. Landshuti fratres Minores abire sussi et libente Paulo 2. P. Observantibus Monasterium concessit. Ad. 1466. quo tempore Vdalricus Kemnater Canonicus Frising. Castrum suum Tannern Episcopatu Frisingensi donavit dum e contra guttenwerd a turcis tertio Assaultu captum misere direptum est. Canonicis in Hen ad Mensam dedit Parochiam Burgrain Ad. 1468. Dominica tertia post Pentecostem Consecravit Archi Episcopum Salzburg. Bernardum Assistentibus Ratisb. et gurcegi Episcopis. tandem post Regimen 20. et ultra annorum anuente Capitulo Resignat Episcopatum Sixto de Tanberg Canselario. suo. Ad. 1473. et Residuum Vitæ Monachij transiens optimus pastor pietissime obiit. 9. Maij. Ad. 1476. in Ecclesia P. V. Mariae Monachij. sepultus. in qua perpetuam missam fundavit.

SIXTUS XXXIV.  EPUS. FRISING.



*Sixtus de Tannberg, ex Matre de Ror natus Salisb. et Frising. Canonicus, Præpositus in Isen à Bernhar-  
 hardo ArchiEp: Salisburgensi ad Episcopatum Gurcensem, impediente Casare, frustra nominatus, sit Frisingæ Episcopus  
 resignante Ioane Ad. 1478. sequenti Ad. Romæ 12. Ianuarij Consecratur. et in Ferijs Pentecostes Augustæ Vndelicorum Regalibus insigni-  
 tur Chorales in Cathedrali ad decandandas horas instituit, et ad sustentationem Concionatoris annuam pensionem iunxit,  
 ipsam Ecclesiam Fornice, multisque alijs ornauit, et aliqua Monasteria auctoritate pontificia meliori instruxit disciplina.  
 Festum immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ Solemniter in choro et Foro haberi iussit. et tres pro reformatione Cleri  
 synodos convocauit. Holzburg de Manu hostium in Friderici Imperatoris potestatem redactum, non sine expensis,  
 recuperavit. Ad. 1478. Ludovicum Bavarie Ducem pro dotanda filia Collectam à Clero exigentem in tantum cum Ar-  
 chi Episcopo Salisburg: à capto dimouit, ut exactum quoque Clero restitutum fuerit, multa privilegia Castris suis obti-  
 nuit, et Redditus Ecclesie Coemtis, varijs bonis ut plurimum auexit, et postquam sedit 22. annis, Wormaticæ in Comi-  
 tijs Egrotans in Monasterium Francenthal accis mutandi causa delatus pientissime Obiit 14. Iulij 1495: relictis  
 post se 30000 Aureis. Vir primis huius Sedis Præsulis iure acconsatus, et quem Bernardus Archi Ep: Salisburg: sibi Futura Resignatione  
 Successorem nisi Fridericus Imperator impedisset, designauerat, Corpus Frisingæ in Cathedrali ad altare S. Crucis sepultum iacet.*

RUPERTUS XXXVI. EPUS FRISINGE.



Vix defuncto Antecessore Surrogatur per postulationem 1. augusti factam Rupertis Philippi Palatini filius, qui capta possessione in festo S. Ioannis Evangelistae sequenti Anno 1496. 8. Februarii Confirmationem Romae obtinuit, et quatuor fere annis Administrationem Episcopatus egit. nam quamvis Heidelbergam ad nuptias Sororis condecorandas Ad. 1497. profectus, et apud Patrem dimoratus, eodem Anno fratri suo Philippo Episcopatum resignasset. et ipsa Resignatio Romae. 3. Dec. Ad. 1498. admisa fuisset, tamen usque ad medium Annum. 1499. effectu caruit, qua de causa nullibi expressum habetur, interea Rupertus bis ab Imperatore Maximiliano obtinuit Dispensationem a Regalium susceptione, et sic usque ad Possessionem a Philippo acceptam Episcopatus habenas retinuisse colligitur Postea dispensante S. Sede Margaretha Georgy inferioris Bavariae Ducis, vulgo Divitis, filiae matrimonio iunctus. Eo Ecclesiam Frisingensem administrante Translatio Collegiarum Ecclesiarum Schliersee. et Illmunster Monachium facta ad effectum venit. quam Sixtus Antecessor pro viribus impederat, obtenta, iam in suum favorem una sententia Rotali.

PHILIPPUS, XXXVII. EPUS, FRISINGE.



Resignante Ruperto Administrator 3. xbris. 1498. Romæ Confirmatus sequenti anno feria Sexta ante Pentecostem possessionem adstante Friderico Fratre, et multa nobilitate accepit Princeps pius, et pacis amantissimus. quam inter Cognatos Bavariæ Principes et inter Maximilianum, Subditosque Carniolæ rebellantes personâ utriusque propria procuravit. à Suffraganeo suo Mathiâ Carthusiensi. Assistentibus Augustano, et Eichstettensi Suffraganeis Episcopus Consecratus Dominica post S. Gallum Ad. 1507. sequenti 1. Maij Officium primum solemne in Cathedrali sua cecinit presentibus Episcopis Ratisbonensi, et Pataviensi. Wilhelmo et Ludovico Pavarie Ducibus. Regalia accepit à Maximiliano Imperatore 12. Feb. 1507. Confirmationem Privilegiorum à Carolo 5.º Wormatiæ Ad. 1521. tempore inter Confirmationem. et possessionem inter medio obvenit Ecclesie Frisingensi Castrum Massenhausen Ad. 1499. præter alia edificat partem Residentiæ, et novum ædificium erexit, quod hodie Cerevisiæ Confectioni deservit. Ordinavit Ecclesiam multis, Fundavit plura, limites in Werdensfels, et Burgrain, lites cum abbatibus in Benedict bayern, et Schleedorff alijsq; composuit. multa bona huic inde Coemit, et meritorum plenus obiit. 5. Januarij 1541. Sexagesimo secundo ætatis Ad. Sedit. à Confirmatione Romanâ. 42. Annis mense uno diebus. 3. Cleri, et pauperum Pater. præfuit quoque Ecclesie maumburgensi. Electus. 1517.

HENRICUS, III. XXXVII. EPUS. FRISINGE.



*Defuncti frater, etiam Ad. 1540. 27. Aug: Romæ Confirmatus Coadiutor Cum retentione Wormatiensis Episcopatus, Frisingam venit Commitantibus Friderico et Wolfango fratribus 4. Octob. Ad. 1541. sinistris Informationibus præoccupatus de Civibus obviam procedentibus, vice non adversa meticens. Sed cum eosdem obsequentes vidit muneribus sibi ultra Devinciri Studuit. Sequenti die possessionem à Capitulo accepit, et anno 1542. mensè Martio Regalibus decoratur Elvacensem Præposituram quoque habuit. emit fundum pro Coemeterio ampliando, Ad. 1545. quo B. V. Mariæ Ecclesiam posuit Ad. 1545 Consecratâ Ad. 1549. 25. Aug: ab Episcopo Bariensi Suffraganeo, Oswaldo Fischer. Beneficia ad diversâ Ecclesiâ cathedralis Altaria fundatâ unyt Henricus, et Canonicos Ecclesiâ Collegiatæ S. Ioannis in Cathedralem transtulit. fuit Henricus noster amator Cleri. et pauperum Iustitiarq; Fortis Protector, et Obijt Ultima xbris. 1551. Lauttenbergæ Sepultus Wormatiæ.*

LEO. XXXIX.



EPUS. FRISING.



*Filius Augustini Lösch cancelarij monacensis, et Annæ de Thann, I.V. Doctor Cane-  
nicus frisingens. et Battaviensis. Scolasticus et Praepositus Mospurgensis, et Isensis, eligitur  
Episcopus huius Sedis 15. Februarij. 1552. Confirmatus Romæ 11. Mayj eodem Anno. Vir doctus,  
et Scientiarum Summè amans, propter quod et linguarum quoq; peritiam Antee-  
boribus apprime carus exetilit. Dum Sedit Inching et Enzerstorff, loca Igne con-  
flagrata, reparavit, aliqua quoq; in Aula Escruscit. Lites cum Monasterijs  
Etal, et Benedictbeyrn de terminis, alijsque item Controversias de varijs Iuribus  
in Ulmerfelden transegit, et laudabiliter rescit, Septem Annis, mensè vno, die-  
bus 22. obiit 8. Aprilis Ad. 1559. Sepultus ad Altare S. Iustini Ararium ob  
bella Turcica reliquit Satis eschaustam.*

MAURITIUS, L.  EPUS, FRISING.



*De Sandizell, canonicus Frisingensis eligitur 12. Junij Ad. 1559. Episcopus, Confirmatur Romæ 26. Maji Ad. 1560. Regalibus Insignitur 8. Julij Ad. 1560. Remittit in Electione habuit Vitum de Fraunberg Praepositum Frisingem, postea Episcopum Ratisbonensem, Turrim Ecclesie Cathedralis per incuram. 1568. 15. Junij Escustam sine suorum Onere restauravit, et novis Campanis, quæ adhuc audimus. Ornavit. Optimus Oeconomus, qui Hundio teste, 30<sup>m</sup>. aureos debitorum, quibus Ecclesia Onerata fuit. persolvit. Tandem resignans Episcopatum Capitulo 18. Octob. 1566. reservata sibi pensione, dum Ad. 1567. sequenti die electo Ernesto autam Cedere Cogitat, 26. Febr. in balneo Apoplexia tactus, Obit. Rescit maximo Ecclesia modo 7. Annis 4. Mens 6. dieb. ad diem Resignationis Computando. Sepultus ad Altare S. Iustini*

ERNESTUS. LI.



EPUS. FRISING.



Alberti Ducis Bavariae filius. resignante Mauritio 15. octob. Ad. 1566. fit Administrator Ecclesiae Frisingensis. ad quam Solemnem suum Ingressum habuit 16. Aprilis Ad. 1568. postulatus ad Episcopatum Hildesheimensem. Ad. 1573. sequenti Anno Romam iter instituit et ibi duobus circiter annis magnis Ecclesiae expensis Substitit Regalia Suscepit à Ludovico Imperatore, ut Confirmatus Episcopus Frisingensis Ad. 1575. per Comisarios Viennae factus postea Episcopus quoque Leodiensis Ad. 1581. et brevi post deficiente à S. Sede Gebhardo Coloniensi Archiepiscopus Ecclesiae Coloniensis Ad. 1583. multum rei Christianae profuit, dum Expulso Apostolata Sedem suam armatus defendit. Caeterum pacis amantiſſimus, quam inter Germania Principes impense fovit. Partem Residentiae versus Meridiem exstruxit perfectam à Successoribus, raro tamen Frisingae Sedit. hinc plures inter ipsum, et Capitulum Graves Disensiones. Obiit tandem Arnbergae in Westphalia rediens ex Comitibus Norimbergensibus 17. febr. 1612. Aetatis suae 58. annorum. Rexit Ecclesiam frisingensem ab obitu Antecessoris 44. annis 11. mens. dieb. 22. Corpus Colomiam deportatum prope Altare SS. Trinum Regum Sepultum est. Sub eo erecta inter Duces Bavariae et nationales Episcopos Concordata. Ad. 1583.

STEPHANUS. LI. EPUS. FRISINGE.



*Exe illustri familia de Seijbolstorff, natus, Ecclesiae Frisingensis Canoniz-  
cos eligitur in Episcopum 7. Mayj. Aed. 1612. Electio Romae Confirmata 4. Mayj. Aed.  
1613. et Regalia ab Imperatore Mathia Ratisbonae per Commissarios obtenta 8. Octob.  
eodem Anno. Princeps pius, erga Pauperes liberalis, et bonus Oeconomus Invi-  
sit Sanctam Domum Lauretaneam paucis Suorum stipatus, mense Mayo. Aed.  
1617. et brevi post mortalem aeterna Commutavit vita aetatis . 59. Annorum. Aed.  
1618. Die 18. January. Dignissimus longiori Regimine. Sedit 5. Annis 8. Men-  
sibus. 11. Diebus Sepultus ad Altare S. Iustini.*

VITUS ADAMUS, LIII. EPUS. FRISINGE.



Ex nobili Familia de Geböck Canonicus eligitur in Episcopum 12. Febr. Ad. 1618. Ro-  
 mae Confirmatus 14. May, et Consecratus per Henricum Augustanum Episcopum 24. Junij, eodem Anno Re-  
 galia ipse Accepit a Ferdinando II. Imperatore Monachij. 7. octob. 1619. obtinuitq; Remissionem Exactionum  
 Imperialium, ad 40<sup>o</sup> flor. quas armatu manu exigere milites iam erant Iusi. toto quasi Regimini sui tempore bellum  
 Germanicum flagravat, hinc Gravissimas miseras Patriae, et Diocesos, incendia, rapinas, hostiles invasiones in urbe  
 et agrum frisingensem Spectare Coactus est. Urbs ne incendio pereat hostidat 30<sup>o</sup> flor. et ingens vine, frumentique copia  
 ab hoste direpta Ad. 1632. plura alia gravissima damna nimis longum est. Ipse sibi fuga in Tyrolim et Salisburgense  
 Territorium consuluit. de Reliquo Ornavit Cabbadrale Ecclesiam Altari maiori, organo, et plus omnibus Antecessor-  
 ibus, introduxit Ceremonias Romanas, aulam quoque suam Capella, turribus binis decoram reddidit, et Aedificia multa, præ-  
 sertim domum Viensem restauravit. Plurima emit bona hinc inde dispersa, et Hofmarchiam Eysenhofen Ad. 1622. pro 103200.  
 flor. vendito prius castro Klingensfels, pro 59806. flor. relinquit etiam oppignorata, et lites transegit maximas Fundavit Procesi-  
 onem Venerabilis Sacramenti quavis feria 5<sup>ta</sup> Redditus Ecclesiae multibus auscit præsertim in Eack et Burgrain, egitq; pessimis  
 suis temporibus incomparabilem Oeconomum. Coadiutorem admisit Albertum Sigismundum Bavariae Ducem. electum 17. Apr. ad. 1639.  
 trienio post Romae Confirmatum 6. martij Ad. 1642. privilegia obtinuit confirmari plurima, et tandem meritorum plenus, et primis me-  
 ritis annumerandus obiit 8. Dec. Ad. 1651. sepult. in Capell. S. Elisabethæ, quam ipse sibi paraverat. Resit Ecclesiam optime 30. Annis mens. g. heb. 26.

ALBERTUS SIGISMUNDUS LIV. EPUS FRISING.



Bavarica Dux natus 5 Augusti Anno 1623. Sublato e vivis viro est dano Frisingam  
 Episcopus ingreditur 20 febr. A. 1652. retulit Castrum Oberwels plurimis annis Oppignoratam,  
 et moriens Koppurg Ecclesiae suae cum onere rigida debita expungendi legavit. tenuit quoque  
 Episcopatum Ratisbonensem et Praeposituras Constantiensem et Ottingensem, ornavit Cathe-  
 dralem structo ex marmore propyleo lampade argenteo praefiosissima et urbem S. Prosperis  
 et S. Felicis M. M. Insignis Amator B. V. Mariae pulcherimam magna Matris  
 erexit in foro Frisingensi statuam. Operas subditorum in Lax, 20. Annis sub Antelethore  
 praefens evicit. Coadjutorem accepit Josephum Clementem electum 27. gbris A. 1654. plura  
 exstruxit aedificia, principaliora sunt Castrum Erching, hortus et porticus ex aula ad  
 Cathedralis Ecclesiam tendens, quam Augustissimam in largiorem formam erexit, profuit  
 Ecclesiae suae magna utilitate. 33. Annis, mens. 10. diebus 27. et Obijt pie 4. gbris A. 1655. aetatis suae  
 63. Annorum. Egregio et Artificioso Marmoreo Apparatu in Ecclesia Cathedrali ante Chorum conditus.

IOSEPHUS CLEMENS.  LV. EPUS. FRISING.



*Ex Ducibus Bavariae, Coadiutor Frisingensis, et Ratisbonensis, Romae Confirmatus 6. octobris aet. 1685. eiusdemq. Electio in Archiepiscopum, et Electorem Coloniensem approbata quoque 20. septembris aet. 1688. ut tamen accepta pacifica possessione, vel quasi Frisingensis et Ratisbonensis Ecclesiae vacante, eo ipso post haec Eligatur Episcopus Leodiensis, aet. 1694. et occasione Confirmationis 29. Ibris eiusdem anni emanata Ecclesia Frisingensis, et Ratisbonensis ad mentem Innocentij 11. declarantur Vacantes. Ipse eodem Anno a S. Sede Confirmatur Coadiutor Hildesheimensis.*

IOANES, FRANCISCUS  LM. EPUS. FRISING.



*Ex Baronibus de Ecker Decanus Cathedralis Ecclesiae eligitur in Episcopum 29. Januarij Ad. 1695. et 30. Januarij Ad. 1696. Roma Confirmatur, eodemque anno. à Ioanne Francisco Episcopo Bracciansi adstantibus Euchstettensi, et augustano Suffraganeis primo Iulij maximo Nobilitatis et populi Concursu consecratur, eo frequentiori, quod à 45. annis Frisinga Presulem non viderit Mystratum, quem Deus maximo Ecclesiae et Omnium Concreditarum Comodo diutissime providit. Erat verus Pater pauperum, ac Verus: ut Papa Clemens XI. hunc Principem declaravit: Pastor Omnium suorum ipsius Imperio ac Potestati Subditarum ut ex sequentibus Clarius patebit. Sub huius dignissimo Regimine S. Spiritus Xenodochium, Turris Parochialis S. Georgij, Seminarium pro studiosa Inventute, et adolescentibus ad exercendam Aula Musicam Constitutis fuerint aedificata. anno. 1705. primus actus Marianus, Cuius Semper dies Decemb. Solemnitas devote celebratur. Immaculatae Conceptionis B. Mariae cum Iuramento in Ecclesia Cathedrali de sendenda introductus est. Ad. 1709. S. Nonij Reliquiae de novo inventae, et devotio ad hunc. Num: eo sergentior per Solemnitatem Octidixim duranti instituta est. Ad. 1710. Orphanotrophium et Nobilium struebatur Ad. 1725. Ecclesia Cathedralis magnificis et artificiosis picturis ad maximam uniuscuiusque admirationem exornata, paulo post Subilium per octo Dies festivas fuit celebrata. Subinde plurima beneficia Sanctosque Congregationes Fundavit. Postquam hinc Princeps multa millia Librorum atque Religiosorum ordinarit, et multa hominum Milia Jacro Crismate unxit, innumeras quoque aras et Tempia Deo Consecravit. denique post tot beneficia fundata pie in Domino obiit die 25. Febr. 1727.*

IOANES THODOR  LMILEPUS, FRISIN,



*Electoris Bavariae Maximiliani Emanuelis princeps Natus minimus die 3. sept. ad. 1703. in luce editus die 29. Julij ad. 1719. in Episcopum Ratisbonensem die 19. Novemb. ad. 1725. in Coadiutorem Episcopi Frisingensis Joannis Francisci Eckher electus est cui post obitum die 25. Februarij ad. 1727. in Episcopatum successit, accepit administrationem in Temporalibus a Benedicto 13 die 8. Martij ad. 1727. et die 14. Septembris ad. 1730 a Clemente 11. in spiritualibus, Consecratus est die 1. Octobris ad. 1730. a Coloniensi Archiepiscopo et Electore Monasterij in Westphalia die 25. Junij ad. 1744. electus in Episcopum Leodiensem die 9. Sept. ad. 1743. Romanae Ecclesiae Cardinalis creatus, et qua talis die 19. Januarij ad. 1746. publicatus fuit. Diem suum pie in Domino obiit Leodij die 27. Januarij ad. 1763.*

CLEMENS WENCESLAUS, LMIL, EPUS, F.



Princeps regius Poloniae, et Lithuaniae Friderici Augusti Regis Po-  
 loniae, et Lithaniae, nec non Electoris Saxoniae Filius, natus ad. 1739. die 28. Sept. ad. 1765.  
 die 18. Aprilis unanimiter in principem et Episcopum Frisingensem die vero 27. eiusdem mensis et  
 anni in Ratisbonensem, atq. ad. 1764. die 5. Novemb: in Coadiutorem serenissimi Principis et Ep-  
 iscopi Augustani Josephi Landgravi Hassiae Darmstadt & c. M. M. Electus ab eodamq.  
 alte. fato Ser. mo Principe et Episcopo Augustano in Cathedrali Ecclesia Frisingensi die 10. mensis  
 Augusti ad. 1766. Consecratus est. Electus die 10. february ad. 1768. in Archi Episcopum  
 et Electorem Treuirensis eiusdem est, atq. eodem hoc anno die autem 20. Mensis Augusti  
 Defuncto Ser. mo Principe et Episcopo Augustano Successit in hoc Episcopatu captus actuali  
 eiusdem possessione uterq. Episcopatus Frisingensis Vacavit eo ipso: posteaquam Serenif-  
 simus modo Elector Treuirensis Ecclesiae Frisingensi vita vere exemplari in seruum  
 annum Praefuit iunctoq. zelo summo cum utilitatis studio quam maxime profuit. (1773)

Per hunc in hunc casum hunc



*Lehrer Joseph Schönbauer in Salzburg, 1758. (7)*

